

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

In assumptione B. Mariæ

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

Plebitur oratio saluatoris: Pater, da ut sicut ego Ioh. 17  
 & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint:  
 non ex qualitate naturae, sed participatione gloriae.  
 Ad quam nos adducere dignetur, quia cum patre & spiritu  
 sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

## LECTIO LIBRI ECCLES.

festi, omnibus festis diebus  
 beatæ uirginis dicatis com-  
 munis, Eccle. XXIII.

Ab initio & ante secula creata sum, &  
 usque ad futurum seculum non desinam. Et  
 reliqua.

**L**ectiōis huius capitulū, quod ex libro Sapi-  
 entiae sumptum cognoscitur, specialiter lau-  
 dem æternat̄ dei sapientiæ, per quam omnia  
 creata sunt, commendare uidetur. Sed hęc particu-  
 la a catholicis & eruditis patribus in solennitate p̄  
 petuae uirginis Mariæ, de qua eadem dei sapientia  
 carnem assumpit, ad legēdum ordinata est: & po-  
 test pars quædam illius non incongrue eidem dei  
 genitrici aptari, quæ ab ipsa dei sapientia talis cre-  
 ata est, ut per illam ad redimendam humanā na-  
 turam dei filius sine humana concupiscentia crea-  
 retur. Quid enim absurdum, quidve contrarium  
 est, si hoc quod ait, [In omnibus requiem quæsiuit,  
 & in hereditate domini morabor,] dei genitrici  
 conuenire dicamus: ipsa quippe in omnibus re-  
 quiem quæ siuit, quæ ut in requie sempiterna par-

XX iiiij

tem inuenire posset, prima oñium virginitatem suam sine macula seruare deuouit, sicut angelo Gabrieли domini conceptionem nuncianti respōdit:

Luc. I.

Quomodo fieri studi, quoniam virum non cognoscō: id est, ne cognolcerem disposui. Ipsa in hære dirare domini morata est, quæ non peccādo a possessione domini discessit, sed integrum suam animam a concupiscentia, & carnem a corruptione seruans, portio hæreditatis dei effecta est, cantans cum propheta & dicens: Etenim hæreditas mea

Psal. 15.

præcīla est mihi. Cuius personæ conuenire videntur quod sequitur: [ Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. ] Quis autem creator omnium

Iohan. 1.

eredendus sit, Iohannes in euangelio declarat, qui cum dixisset, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, adiecit: Omnia per ipsum facta

Psal. 103.

sunt, & sine ipso factum est nihil. Et David: Omnia in sapientia fecisti. Iste igitur creator omnium in eius tabernaculo requieuit, quando uerbum dei per quod omnia facta sunt, ut homo uerus fieret, intra virginis uterum carnē suscepit. Quia propter cesseret latrare Manichæorum hæretico grunniū præsumptio, qui ausi sunt dicere Christum ex uirgine ueram non assumpisse carnem. Dicat autem ipsa dei sapientia in persona virginis: [ Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhabita, & in Israel hæreditare. ] Iacob qui supplantator interpretatur, illorum significat actiones, qui ut in virtutibus animæ proficerent ualeant, uiriliter uitiorum blādimenta calcant. In illis ergo habet dei sapientia habitaculum, qui uitia supplantantes, hochabent in opere, quod la-

cob signat in nomine, sicut ipse dicitis in Apocalypsi: Et inhabitabo in ilis, & in amabilo, Israel uero idem Jacob appellatus est, postquam angelum superans, deum uidere meruit, unde merito uir uidens deum interpretatur. Igitur post supplicationem uitiorum, ad contemplationem deitatem anima, hereditas efficitur dei sapientiae, id est, Christi, iuxta illud Apostoli: Hæredes quidem Rom. 8. dei, cohæredes autem Christi. Jubetur nihilo minus & in electis mittere radices, id est, cogitationum suarum semina illorum mentibus occultain spiratione immittere, quos nouit fructum boni operis germinare. Non ergo in reprobis, sed in electis radices mittit, in quorum cordibus ita radicibus spiritualibus bona ligatur uoluntas, ut antequam ad maturitas fructum perueniat, non arescant. Sed qui modo eunt & flentes mittunt semina sua in furore, uenientes ueniēt cum exultatione portantes manipulos &c, a pio iudice audentes, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum &c. Esurui enim, & Mat. 25. dedistis mihi manducare &c. Sequitur.

Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea.

Sion in ipsa Ierusalem posita est, non solum ad defensionem munitior, sed etiam ad contemplandum sublimior, unde cognitio speculū vel speculatio interpretatur. Cuius nominis interpretatio congruit ecclesiae, quae ne iniurib[us] hostium in fidei pateat, superiora per spiritale desiderium petit, atque cœlestia per mentis munditiam contem

**Psal. 60.** platur, orans cum propheta & dicens: *Esto mihi domine turris fortitudinis. Civitas autem sanctificata, sancta ecclesia est, quæ ab illo sanctificari se optat, cui quotidiane in oratione dicit: Sanctificeetur nomen tuum, consideras sollicitate admonitionem domini, dicentes: Sancti esto, quia ego sanctus sum deus uester. In civitate ergo sanctificata dei sapientia requiescit, quia in illorum mentibus requiescit, qui sanctimoniam diligunt. Quid vero subditur, [Et in Ierusalē potestas mea:] ad hoc pertinet, quia quandam potestatem in illorum cordibus tenet, qui visionem intimam pacis totū affectu diligunt. Sequitur:*

*Et radicavi in populo honorificato, & in partes dei mei hæreditas illius.*

**Rom. 2.** Populum honorificatum, populum dicit sanctum: quia ut ait Apostolus, gloria, honor & pax in omnem animam hominis operantis bonum. In tali ergo populo radicasse dicuntur, qui non flatu tentationis velut fauilla rapiuntur, sed firmiter in amore dei radicati perseverant, iuxta admonitionem Apostoli, dicentis: *In charitate radicari & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo & sublimitas & profundum. Huius igitur populi partes, dei hæreditas est, qui eius amori nil anteponunt, & in quibus comparatione nihil carum aestimant, de quibus in lege dicitur: Tribui autem Leui non dabitis hæreditatem: Ego enim pars & hæreditas illius. Deu. 18. Et de quibus ait Psalmista: Beata gens cuius est dominus deus eius, &c. Et ipse clamans dixit ad Psal. 143 illum: Dominus pars hæreditatis meæ & calcis*

me tu es, &c. Qui ergo tales sunt, ad perseverantiam tendere debent, unde & subditur:

Et in plenitudine sanctorum detentio mea. ¶ Plenitudo sanctorum, perfectio est operum. Plenitudinem habent, qui in bonis operibus consumimantur: quam plenitudinem concedere nobis dignetur, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

IN DIE SANCTO ASSVM-

ptionis dei parœ uirginis Mariæ.

Luce. X.

In illo tempore: Intravit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

**C**onditor & redemptor humanæ naturæ dominus Iesus Christus, non solum ad se venientibus verbum uitæ annunciat, sed etiam circuens ciuitates & castella, ut euangelium refert, cælestè regnum omnibus euangelizabat. Cumque iuxta hanc consuetudinem per diuersa discurreret loca, [intravit quoddam castellum,] ut præsens euangelij lectio narrat, [& mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam,] Excepit autem illum quasi hospitem, quasi peregrinum, quasi illum qui non haberet ubi caput reclinaret. Et adhuc excepit illum quasi virum magnū & prophetam eadem deuotione, qua uidua Sareprana quoddam Eliam Prophetam suscepserat. Suscepit illum, suscipienda ab illo: seminans & sua

carnalia, ut meteret illius spiritualia. Huius autē so-

**Ioh. 11.** tor erat Maria nomine: quia Martha & Maria so-

tores erant, non solum spiritu, sed etiam carne ger-

manæ, quarum fratrem Lazrum dominus a morte

tuis resuscitauerat. Hæc ergo Maria sedens secus

pedes domini, uerbum de ore illius intentis auribus audiebat. Audierat enim prophetam dicentem:

**Psal. 45.** Vacate & uidete quoniam ipse ē deus. Et illud quod

**Deu. 33.** per Moysen dicitur: Et qui appropinquat pedibus

eius, accipiunt de doctrina eius. Sed quia omnis q

hospitem & peregrinum suscipit, iuxta possibilita-

tē suā temporalē subsidū ministrare debet, Martha

circa frequens ministerium intantum solicita erat,

ut non solum cōtra sororem, sed etiā cōtra ipsum

dominum querelam assumeret, dicens:

Dñe, nō est tibi curæ qd soror mea reliquit  
me solā ministrare? dic ergo illi ut me adiu-  
uet. Ille uero q nō ē personarū acceptor, sed subti-  
liter singulorū merita dijndicat, & uirtutes disser-  
nit, ut ostenderet meliorū esse animā, q corpus, &  
meliorē esse cibū spiritualē quam carnalē: ita unū  
opus laudet, ut alterius non uituperet. Ait uero:

Martha Martha, sollicita es & turbaris er-  
ga plurima. Porro unum est necessarium.

Vbi non opus Mārthā reprehenditur, sed Ma-  
triæ laudatur, cum dicitur:

María optimam partem elegit, quæ non  
auferetur ab ea. ¶ Quod autem ait, [ Martha  
Martha,] repetitio istius nominis, admonitio est  
pię intentionis. Hæc ad literam breuiter dicta sunt.  
¶ Spiritualiter autem castellum quod dominus in-  
gressus est, mundum significat. Quasi enim castel-

lum intravit, quādo mūdo uisibilis apparuit, quādo exinanivit se metipsum, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus. & habitu inventus ut homo. Dux enim deuotæ sorores quæ dominum suscepérunt in domum suā, duas ecclesiæ uitæ significant, actiuam scilicet & contēplatiuam. Quarum proprietatem in suis actib⁹ demōstrant, cum una circa frequēs ministerium satagebat, actiuæ uita labor exprimitur. Ad quam pertinet reficere esurientem, potare sitiētem, uestire nudum, suscipere hospitem, uisitare infirmum, sepeli re mortuum: his etiam quæ in regimine sunt subiectorum necessaria. Laboriosa sollicitudine præuide re. Per Mariam uero, quæ sedens secus dominī, uerbum illius audiebat, contemplatiuæ uitæ dulcedo designatur. Cuius sapor quanto magis degustatur, eo amplius a rebus uisibilibus, & curarum tumultibus atq; negocijs animus separatur. Sprectis enim omnibus curis, calcatis omnibus uitijis, sola mens cum solo deo esse desiderat. Liber ei a uide præcepta cælestia, lectioni & orationi frequenter incumbere. & quantum mortal is fragilitas permittit, cœtibus angelorum interesse. & quia ab illorum cōsortio aliquantulum separatur, cum sp̄itali gaudio amarissime deflet. Hanc gratiam inestimabilem, hanc felicitatem incomprehensibilem dominus significare uoluit cum dixit: Porro unum est necessarium, Maria, & cætera. Tantum autem eius sua uitas est necessaria, ut etiam ea quæ hic bona esse uidentur, ad illius comparationem superflua iudicentur. Ibi est enī quod nec oculus uidit, nec auris audit, nec in cor hominis ascēt. Cor. 2. Quam

**Psal. 26.** suavitatem optabat ille habere, qui dicebat: Vnam petij a domino. &cetera. Et actiuia quidem uita in uia est, contemplativa in patria. Actiuia in necessitate, contemplativa in dilectione. Actiuia in labore, contemplativa in requie. Actiuia namq; in praesenti uita incipit, & cum praesenti finitur, mercede restante. Quis enim in illa patria esurientem refici et, ubi esurit nemo? Quis nudu; uestis, ubi uestis est immortalis? Quis infirmum uisitabit, ubi q; infirmetur, est nullus? quis mortuum sepeliet, ubi perpetua est uita? Contemplativa uero uita in praesenti incipit, sed in futuro perficitur. Vnde bene de Maria dicitur [Optimam partem elegit Maria, quem non auferetur ab ea] Quia quod hic animus paramper degustare incipit, illic pleniter percipiet, ubi uidebitur deus deorum in Sion, Apostolo teste qui ait. Quod nunc uidemus per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Et iterum: Nunc cognosco ex parte, & cetera. Hoc ergo inter actiuam & contemplatiuam uitam distat, q; actiuia communis est & multorum: contemplativa uero speculatio quanto sublimior, tanto est rarior. Raro enim inueniuntur, qui in ueritate dicere possint: Nostra autem conuersatio in caelis est. Et illud, Siue in eae excidimus deo, siue sobrii sumus uobis. Ordo autem harum uirtutum exposcit, ut per actiuum laborem studeat quisq; peruenire ad contemplatiuam dulcedinem: plerisq; enim postquam, in actiuæ uite labore bene desudauerint, contemplatiuæ uite suauitas in mercede datur. Vn in lege figuraverit præcipitur: Si emeris seruum Hebreu, sex annis Exod. 21 serviet tibi, & in septimo egredietur liber gratis.

**2. Cor. 13.**

**Phil. 3.**

Hebræus quippe transiens interpretatur. Et seruus Hebræus spiritaliter emitur, quando mens de terrena conuersatione ad cælestē desideriū transit. Scenarius enim numerus ad actiuae uitæ laborem pertinet, quia sex sunt dies in quibus operari licet. Septenarius autem propter sabbati requie dulcedinem contemplatiæ uitæ exprimit. Seruus Hebræus emptus, sex annis seruire præcipitur, & in se p[er] primo liber gratis egredi iubetur: q[uod]a sunt nonnulli qui post diuturnum actiuae uitæ laborem, ad requiem contemplationis transeunt. Quod quia non propria virtute, sed diuino sit munere, recte dicitur, egredietur liber gratis. Quod proprie illorum est, q[uod] post longa exercitia monasticæ uitæ, post diuturnam monasterialem probatiōem, scriera sibi loca eligent, in quibus illud Apostolicum implere possint: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Liber egreditur gratis, q[uod]a hi post q[uod] omnia fecerint, dicunt se inutilles seruos esse. proculdubio sicut ipsa actiua fuit ex munere, ita erit ex gratia etiam contemplatiua. Cum qualib[et] ueste intrauerit, cum tali respondeat: quia omnino necesse est, ut unusquisque nostrum in hoc quod incipit perseneret, atque usque ad finem operis in ea quam inchoauit intentione perduret. Ille quippe bene ad contemplatiuam uitam transit, qui in hac uita intentionis suæ uestem sion mutaverit. Sunt autem nonnulli, qui diuino seruentes amore, in ipso exordio cōuersationis ad cōtemplatiæ uitæ suavitatem incipiunt cōuolare, sed diuina dispensatione prius in actiua uita laborare permittuntur. Hi tanto securius, imo & felicius ad cōtemplatiuam uitā perueniunt, quanto perfectius in actiua fu

1. The. g.

erunt uita comprobari. Quales significauerunt  
duae uxores sancti Iacob patriarchæ, Lia scilicet &  
Rachel. Quarum una Lialippis erat oculis, sed fœ-  
cunda prole: Rachel autem pulchra facie, sed infœ-  
cunda erat. Per Liam ergo quæ lippis erat oculis,  
sed fœcunda prole, actiuæ uita designatur. Quæ  
cum mundo cordis oculo deum contemplari nō  
possit, tamen p. prædicationis bonæ exemplum,  
spirituales filios deo generat. Vnde bene Lia labo-  
riosæ interpretatur, quia actiuæ uita in multis labo-  
ribus & solitudinibus est occupata. Per Rachel  
vero quæ pulchra erat facie, sed infœcunda, con-  
templatiæ uitæ dulcedo exprimitur. Quia mens  
dum ad uidendum deum se undiq; colligit, min⁹  
per prædicationem filios parit. Vñ bene Rachel,  
ouis uel uisus principium interpretatur: quia mēs  
contemplationi dedita illum uidere desiderat, qui  
ait: Ego principium, qui & loquor uobis. Iacob  
igitur Rachel concupiuit, sed Liam nō cœte nesciēs  
accepit: quia sene nonnulli, ut supra diximus, qui  
ad contemplatiām peruenire desiderant, sed pri-  
us diuino iudicio in nocte presentis uitæ, pro mul-  
torum utilitate laborare permittuntur. Postquam  
autem Liam accepit, ad amplexus Rachel perue-  
nit: quia qui bene ad actiuæ uita laborauerint, di-  
uino munere quandoq; ad contemplatiām uitam  
peruenient. In utraque firmi, & in utraq; inuenien-  
tur perfecti. Qualis erat Paulus apostolus, q. cum  
haberet solitudinem omnium ecclesiarum, quod  
pertinet ad actiuam vitam, raptus est usque ad ter-  
tium cælum, quod pertinet ad contemplatiām.  
Has autem duas uitas significauerunt duæ deuo-  
tæ sorores, q. dominum suscepérunt in domum

Ioh. 8.

2. Co. II.  
& 12.